Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mam una nonne accendit lucerna & everrit
domu & querit diligenter donec inveniat Et cum
invenerit conuocat amicas & vicinas dicens Con
gratulamini mihi quia inveni dragma quam perdi
deram Ita dico vobis gaudium erit coram angelis di
super uno peccatore penitentiam agente Et rp.
Audistis in lectione euangelica fratres karissimi quia peccato
res & publicani accesserunt ad redemptorem nostrum & non
solum ad colloquendum sed etiam ad conuescendum re
cepti sunt quod videntes pharysei dedignati sunt
Esto ergo misericordes Lucam. iiii
sicut & pater vester celestis misericors est Nolite iudi
care & non iudicabimini Nolite condempnare & non
condempnabimini Dimittite & dimittemini
Date & dabitur vobis Mensura bona & conferta
& coagitata & super effluentem dabunt in sinum
vestrum Eadem quippe mensura qua mensi fueritis
remetietur vobis Dicebat autem & illis similitudi
nem Numquid potest cecus cecum ducere Nonne
ambo in foueam cadunt Non est discipulus super ma
gistrum perfectus autem omnis erit si sit sicut magister
eius